



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

SANCTI|| IOANNIS|| DAMASCENI OPERA,||

Johannes <Damascenus>

Parisiis, 1577

De diuina castigatione, & iis, qui præclarè eam ferunt. cap. xlix.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71880](#)

A cantilenas, queque multam in animis libidinem pariunt, quād diutissimē sine illa satiate audientes. Atque huinsmodi populos plerique fortunatos prædicant, quod relictus forensibus negotiationibus, aut artibus ad vitam necessariis, per summam inertiam ac voluptatem constitutum sibi vita tempus traducant: illud scilicet ignorantes, orkestram impudicis spectaculis affluentem, communem ac publicam libidinis scholam ijs esse, qui scenici luc illic vna sedent: atque modulatissimos tibiarum concentus, mætriciisque cantiones audi animæ dientium animis infidentes, nihil aliud afferre, quād ut omnibus turpiter & obscenè se perniciose gerere persuadent, citharœdorum scilicet aut tibicum pulsus imitantes.

Nonnulli eorum qui insano equorum studio tenentur, in somnis etiam de equis concer tant, currus in diuersum compingentes, & aurigas immutantes: ac denique à diurna stultitia ne in nocturnis quidem viuis absunt.

B Qui Circensibus ludis ac spectaculis oblectantur, circa aduersarios equorum cursus Naz. O ita affecti sunt, ut exiliant, clamant, puluerem in coelum mittant, sedentes habentas mode ratas de rentur, aërem feriant, equos digitis, quasi stimulis, in alterum atque alterum latus subinde Basili. iungant (cum nihil horum in ipsorum potestate situm sit) facile inter se aurigas, equos, equorum stationes, certaminis duces permutent: idque quinam tandem tenuiores plerumque ac pauperes, & quibus ne in unum quidem diem victus suspetit.

C Qui Domini metu prædicti sunt, Dominicum diem expectant, ut Deo preces adhibeant, ac corpore & sanguine Domini fruantur. Inertes autem & socordes Dominicum Quidem Do diem expectant, ut ab opere feriati, vitijs operam dent. Quod autem non mentiar, res ipso minicum sa fidem faciunt. Alio die in medium prodi: & neminem inuenies. Die Dominico egrediij atque impij discere: atque alios cithara canentes, alios applaudentes ac saltantes, alios sedentes, ac proximus maledictis insectantes, alios denique luctantes repieres. Preco ad Ecclesiam vocatur expere omnes segnitie torpent, ac moras neglectunt. Cithara aut tuba personuit? & omnes tantunt. quam alis instruti currunt. Ecclesiæ spectacula cernimus, Dominum Christum in mensa recumbentem prospicimus; Seraphinos ter sanctum hymnum canentes, Euangelicas voces, Spiritus sancti presentiam, Prophetas resonantes, angelorum hymnum, Alleluia, omnia spiritualia, omnia salute digna, omnia cœleste regnum conciliantia. Hec audit qui in Ecclesiam ingreditur. Quid autem cernit, qui ad theatra currit? Diabolicos cantus, mulierculas saltantes, vel, ut rectius loquar, dæmonis intemperij agitatas. Quid enim saltatrix facit? Caput, quod Paulus perpetuo tegi iusfit, impudenter aperit. Collum in 1. Cor. ii. uertit: comam hoc atque illuc expandit. Hec porrò etiam ab ea sunt, quam dæmon obfus sam tenet. Citharœdus autem, tanquam dæmon, cum ligno conflictatur. Tale nimis Herodis quoque conuinium erat. Herodiadis filia ingressa, tripudianit, ac Ioannis baptista caput amputauit, & subterranea inferni loca hereditatis loco consecuta est. Quocirca qui choreas & saltationes amant, cum ea portionem habent. Ve his qui Dominico die cithara ludunt, aut operantur. Ad mercenariorum ac seruorum requietem hic dies concessus est. Hec enim dies, inquit ille, quam fecit Dominus: exultemus, & letemur in ea. In Psal. 117. greditur in domum tuam mercenarius, atque humeros suos operibus tuis subiicit. Labore ac sudore conteritur: nec ipsi respirandi, corporisque relaxandi potestatem facit.

De venditione & emptione.

CAP. XLVIII.

E

Vi emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat. Quia qui vendit, ad Ezech. 7. id quod vendidit, non reuertetur. Inter venditorem & emptorem conteretur peccatum.

De diuina castigatione, & ijs qui præclare eam ferunt.

CAP. XLIX.

Aa ij

D. IOANN. DAMASCENI

D. cut.
 32.
 1. Reg. 2.
 Iob. 1.
 5.
 Psal. 2.
 17.
 29. 38.
 93.
 117.
 118.
 Prov. 3.
 Sopb. 3.
 Esa. 50.
 48.
 Hier. 6.
 10.
 sap. 11. 12.
 Eccli. 18.
 16.
 Heb. 12.
 Bonae

OGNOSCES in corde tuo, quod tanquam si quis castiget filium suum, sic Dominus Deus tuus castigabit te. Videte quod ego sum solus, & non sit alius Deus praeter me. Egoccidam, & ego viuere faciam : percutiam, & ego sanabo. Dominus mortificat & viuificat : deducit ad inferos, & reducit. Surrexit Iob, & scidit vestimenta sua, & tonso capite corrugens in terram, adoravit, & dixit, Nudus egressus sum de utero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit : sicut Domino placuit, ita factum est : sit nomen Domini benedictum. Beatus homo qui corripitur a Deo : increpationem ergo Domini ne reprobes. Quia ipse vulnerat, & medetur : percutit, & manus eius sanabunt. Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus : & pereatis de via iusta. Disciplina tua correxit me in finem : & disciplina tua ipsa me docebit. Quoniā ira in indignatione eius : & vita in voluntate eius. In increpationibus propter iniquitatem corripiui hominem. Beatus homo, quem tu erudit, Domine, & de lege tua docueris eum. Castigans castigauit me Dominus ; & morti non tradidit me. Bonum mihi, quia humiliasti me : vt discam iustificationes tuas. Disciplinam Domini, fili mi, ne abiicias : nec deficias, cùm ab eo corriperis. Quem enim diligit Dominus, corripit : & quasi pater in filio complacet sibi. Qui recipit disciplinam, in bonis erit. Timete me, & accipite disciplinam : & non peribitis ex oculis terræ. Cùm furor iræ meæ exarserit, rursum sanabo. Disciplina Domini aperit aures meas. Propter peccatum non nihil contrastavi eum, & percussi eum, & auerti faciem meam ab eo. Et contrastatus est, & ambulauit in viis cordis sui. Vias eius vidi : & sanavi eum, & consolatus sum eum, & dedi ei consolationem veram. Ecce excoxi te non quasi argentum : elegi te in camino paupertatis. Erudire Hierusalem, ne forte recedat anima mea à te : ne forte ponam te terram desertam inhabitabilem. Corripe me Domine : veruntamen in iudicio, & non in furore tuo : ne forte ad nihilum redigas me. Filioli, patientes estote in ira quæ vobis superuenit. Parcis omnibus : quoniam tua sunt Domine, qui amas animas. Ideoque eos, qui errant, paulatim corripis, & de quibus peccant admones : vt recedentes à malitia sua, credant in te Domine. Cùm ergo das nobis disciplinam, inimicos nostros multipliciter flagellas, vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes : & cùm de nobis iudicatur, speremus misericordiam. Misericordia Dei super omnem carnem. Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregem suum : miseratur excipientes doctrinam. Qui metuit disciplinam, excipiet disciplinam. Misericordia & ira est apud ipsum : & iuxta magnam ipsius misericordiam, sic correptio quoque ipsius est. Fili mi, noli negligere disciplinam Domini : neque fatigeris dum ab eo argueris. Quem enim diligit Dominus, castigat : flagellat autem omnem filium quem recipit. In disciplina persecutare. Tanquam filii vobis offert se Deus. Quis enim filius, quem non corripit pater ? Quod si extra disciplinam estis, cuius participes facti sunt omnes, ergo adulteri & non filii estis. Deinde patres quidem carnis nostræ eruditores habuimus, & reuerebamur eos. Num multò magis obtemperabimus Patri spirituum, & viuemus ? Et illi quidem in tempore paucorum dierum secundum voluntatem suam erudiebant nos : hic autem ad id quod vtile est, in recipiendo sanctificationem eius. Omnis autem disciplina in præsentि quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris : postea autem fructum pacatissimum exercitatis per eam reddet iustitiae.

A Bonus Dominus, quod cuique conducit, hoc ei inuenit. Opes enim, male ijs ventibus, ^{B. fil. Ho-}
admit: ut iniustia eorum instrumentum delectat. Morbum ijs infert, quibus membris de- ^{mi. Quod}
biliaris atque astringi satius est, quam liberos ad peccandum impetus habere. Mortes por- ^{Deus non}
rò inducuntur, cùm ijs vite termini expleti sunt, quos ipse ab initio cuique, prout ex ipsis ^{est author}
vilitate fore longè ante prospiciebat, constituit. Pestilentiæ denique, & siccitates atque ^{mal.}
inundationes, communes quedam sunt urbium ac gentium plaga, immodicam vitij gra-
uitatem coërcentes. Quemadmodum igitur medicus beneficij author censendus est, atque simile.
licet dolores & cruciatus corpori afferat, cum morbo tamen, non cum agroto pugnat: e-
dem modo bonus quoque est Deus, qui omnium salutem per priuatam quorundam supplicia
procurat. Urbium ac gentium morbi, aeris siccitates, ac terræ sterilitates, atque asperiores
casus, quibus quisque in vita conflictatur, vitij incrementum circuncidunt. Itaque huius Calami-
modi mala diuinities contingunt, ut verorum malorum origo tollatur. Siquidem & cor- ^{tatum hu-}
poris vexationes, & extrariae affirmitates ac molestiae, peccati reprimendi causa excogi- ^{manarum}
tatae sunt. ^{causa.}

Discamus Deum conuersionis nostræ, negligentia que pellenda causa, plaga nobis im-
mittere: non nos exterendi atque opprimendi animo, sed corrigendi studio: quemadmo- ^{N. Z. ad}
dum scilicet probi patres erga seignes filios facere consueverunt. Etenim aduersus eos sto- ^{Cives}
machantur, & insurgunt: non quod illos malo villo afficere studeant, sed ut eos à puerili ^{N. Z. me-}
socordia, & inuenitilis etatis vitij ad curam ac diligentiam reuocent. Percutitur caro: ut ^{tu percuss.}
anima delectetur. Peccatum interficitur: ut iniustia vivat.

C Oculos in celum erectos habeamus: omni tempore ac rerum statu bonam spem præfera- ^{N. Z. ad}
mus: neque vel in prosperis timorem, vel in aduersis spem abiijciamus. Memores simus, ^{Cives}
tum in tranquillitate, tempestate, tum in tempestate, naucleri: nec turpiter & scède in af- ^{N. Z. me-}
flictionibus animo deficiamus, aut improbos seruos imitemur, qui bene merentem quidem ^{tu percuss.}
de se Dominum laudibus celebrant, verum eidem corripieni nequaquam pari studio ^{Eduer-}
voluntate adiunguntur: cùm tamen interdum accidat, ut dolor sanitati, & submonitio ^{sitas pro-}
remissione atque indulgentia, & visitatio neglectu, & castigatio venia melior sit ac ^{speritate}
prestabilior. ^{sepe vi-}
D Prudentes sane illi sunt, qui calamitatibus erudiuntur, & tanquam aurum, igne pur- ^{Ex apo-}
gati, dicunt, Bonum mihi quia humiliasti me: (quod scilicet afflictio diuinarum iniustifica- ^{chrypho}
tionum cognitionem pariat) atque beneficij authorem per afflictionem sibi conciliant. Quan- ^{Psal. 118.}
doquidem, ut Petrus ait, egra anima Deo vicina est.

D Omnia que diuinities contingunt, cum gratiarum actione excipere oportet. ^{quodā li-}
Procul dubio plaga mente præditis documentum efficitur: ac sepe afflictio rebus secun- ^{bro hic lo-}
dis præstat. ^{tus cita-}
Tu bonus es: at nos iniquè egimus. Tu lenis: at nos verberibus digni. Bonitatem tuam tur: ut e-
agnoscimus, tametsi stolidi atque vacordes. Leibus flagris pro peccatoru nostrorum atro- ^{tia Orat.}
cite affecti sumus. Tu terribilis: & quis resistet tibi? A timore tuo montes contremiscet: funebre de-
& magnitudini brachij tui quis resistet? Si cœlum clauseris, quis aperiet? Si solueris, quis laud. Cæ-
cohierbit? Procline est in oculis tuis pauperem facere, & ditare, mortificare & vivificare, Sarý.
percutere & sanare: tuaque voluntas absoluta est actio. Tu iratus es, & peccauimus, ait ^{Orat. in}
ex veteribus quidam, confitens Deo. At ego in contrarium dico: Nos peccauimus, & tu ^{plag. grād}
E iratus es. Idcirco vicini nostris opprobrium facti sumus. Auertiisti faciem tuam, & igno- ^{Esa. 64.}
minia obruti sumus. Verum quiesce Domine, remitte Domine, propitius esto Domine. Ne ^{tibid.}
nos propter iniquitates nostras in finem tradas, nec per supplicium nostra alios erudas, cùm ^{Ezech. 21.}
nobis aliorum cruciatibus erudiri liceat. Quorum tandem? Gentium que te non nouerunt, ^{Esa. 34.}
& regnorū, que imperio tuo parere detrectauerunt. At nos populus tuus Domine, & Vir- ^{Esa. 32.}
ga hereditatu tuae. Proinde castiga nos: verum in mansuetudine, ac non in ira tua: ne ad ^{Esa. 10.}
paucitatem nos redigas, contemptissimisque omnium, qui terram habitant, reddas.

Refulgentem frameam noui, & gladium ebrium in cœlo, qui ingulare, ad nihilum re- ^{Ezech. 21.}
digere, liberis denique ad ipsius usque carnes bare iubetur, ac ne medullis quidem osse- ^{Esa. 34.}
busque parcere. Legimus etiam anxiæ perplexæque urse more afflictum eum, qui omni ^{Deut. 32.}
animi perturbatione vacat, pardique instar ad viam Assyriorum occurrentem, non eo- ^{Esa. 10.}
A a iii ^{Esa. 13.}

D. IOANN. DAMASCENI

rum tantum qui tum erant, sed eorum etiam qui vita peruersatae. Absyrios referunt: nec
viam valentissima ocyssimaeque ipsius irae fugienda rationem esse, cum ad vlciscendas
Naam. 2. impietas nostras inuigilauerit. Quid de concusione, & excusione atque ebullitione dicatur,
cordisque cofractio, ac genui dissolutione, atque eiusmodi suppliciis, quae impiis inferuntur? Tales impiorum poenae sunt: non præstet nunc castigari atque purgari, quam ad futu-
rum cruciatum transmitti.

Greg. Nihil maius nobis beneficium afferit, quam pati.

Nys. Bonorum eorum, quæ expectamus, flos est afflictio. Quocirca propter fructū florem quoq;
Futuorū decerpamus. Nihil in nobis irato atq; infenso animo, verum omnia ad vilitatem nostram
bonorum agit Deus. Cruciatuſ iij, qui nobis in hac vita à Deo inferuntur, futuorum tormentorum
flos est af- partem haud exiguum succidunt. Etenim per eos dolores, quibus hinc afficiuntur, vel peccata
flictio. expiamus, vel, si non tot peccata habemus, splendidiores coronas accipimus.

Athan. Castigatio ea que hinc adhibetur, futurum iudicium leuius reddit. Et quidem non malum est puniri: sed poenam promereri.

Dionys. Hoc nobis persuasum esse debet, nihil eorum, quæ accidunt, citra Dei voluntatem cue-
nire. Bona porro esse omnia ea, quæ ab eo proficiuntur, etiā ſe aliоqui grauias & acerbas sint.

Euseb. Deus eos, quos charos ac familiares habet, in hac vita iam castigando persequitur, si
quid forte ipſi supplicio egeant: ut per breuem ac temporariam correptionem sempiternum
in generali iudicio cruciatum effugere queant.

Theotimi. Non asperius aliquid pati graue atque horrendum censi debet: sed merito pati.

Didym. Non vlciscendi, sed medendi animo, atque ad sanitatem anime comparandam Deus afflictiones immittit.

Deus, qui mundum condidit, eumque consilio suo regit ac moderatur, omnia ad vilitatem nostram efficit: etiamsi aliqui tristia & moleſta ſint, que inferuntur.

Eſi acerba & grauias eſt Dei ira: tamen, cum medendi vim habeat, eos, qui ipsam ex-
periuntur, ad bonum prouehit.

Quemcumque Deus salute donare vult, hunc metu afficit, variisque modis coctit, mo-
leſtiāque ei exhibet: ne ſe ad fastum & arrogantium excitandi ſpatium habeat: atque
ut ex aliorum calamitatibus alij ad modestiam erudiantur.

Philonis. Beata ea natura eſt, quæ omnia late atque hilari animo excipit, nec ullis omnino re-
rum euentibus diſcruciatur, ſed tanquam bonis & vtilibus acquiescit.

I
De Dei caſtigatione, & eam refuentibus: quod iij, qui hinc minimè caſtigan-
tur, ad æternum ſupplicium transmittantur. CAP. L.

Agg. 2.



ERCVSSI VOS VENTO VRENTE & AURGINE, & GRANDINE OM-
NIA OPERA MANUUM VESTRARUM: & NON FUIT EX VOBIS QUI RE-
UERTERETUR AD ME, DICIT DOMINUS.

Hier. 5.

Domine, oculi tui respiciunt fidem: percussisti eos, & no-
doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere disciplinam.
Frustra percussi filios vestros: disciplinā non acceperunt.

Basil.

Ne idem tibi, o homo, quod ſtultis pueris, vſu veniat, qui à magistro obiurgati, codices
illorum perfringunt: ac patre vilitatis cauſa cibum ipliſ offerre cumētante, vſetem lace-
rant, aut maternam faciem lancingant.

orat. 1. de

Nemo moſtitia laborans corona donatur, nec triſtitia affectus trophyum statuit. Ne
ſupercilium demittas, cum tibi medicina adhibetur. Absurdum eſt anime sanitatem mini-
mè latari.

Chrys.

Non feriri graue eſt: ſed plaga meliore non redi, illud demū grauiſimū censi debet.

Paul.

Peccatorum in hac vita impunitas, maioris in futuro aeo cruciatuſ cauſa efficitur. At-
que hoc indicans Paulus, dicebat, Nunc autem, cum iudicamur, à Domino corripimur: vt
non cum hoc mundo damnemur. Praesentes enim cruciatuſ admonitionis rationem habent:
futuri autem poenæ.

QVI